Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6898
Copyright: Wien, Dominikanerkonvent



Fo. XIIII

dignatus est elargiri. ⁊ eo modo vel coo
perantes sunt. vel contentes sint ꝑm dei
voluntatem necesse est. Non enim si scie
tiam. si sapientiam. sicq; quodcunq; aliud
donum summa dei bonitas cuippiã do
nat. id tribuit. nisi vt suorum sit munerꝫ
dispensator. Accedit ad hec. quoniam ca
ritas qua in monasterio constituti ferue
re debent. sicut apostolus Paulus ait. q̃
sua sunt nõ querit. accedit quoniam vt in
altero precepto assertum est. proprietas
ipsa rixarum. contentionuꝫ. litium. ⁊ oĩm
denicq; est mater discordiarum. quarum
viri religiosi vndicq; debent esse expertes.
Accedit penarum terror. quibus proprie
tarij debent esse effecti. Nãq; ⁊ si omniuꝫ
criminum inflexibilis iudex vltor existat
huius tamen generis perquã seuerus es
se cõsueuit. Perinde iudam loculos ha
bentem laqueo voluit suspendi. Si enim
legimus in actibus Apostolorum. ⁊ hic
quidem possedit agrum de mercede ini
quitatis. ⁊ suspensus crepuit medio. ⁊ dif
fusa sunt omnia viscera eio. Merces q̃p
pe iniquitatis Iude non tm̃ fuerunt illi
triginta argentei. quibꝰ vendiderat chri
stum. sed omnis pecunia ab eo furtim tã
q̃ proprietario sublata. perinde Anania
⁊ Saphira. defraudantes precium agri.
⁊ mentientes spiritusancto coram apo
stolorum cetu. ⁊ omnium assistentiũ tur
ba. retrorsum cadentes velut fulmine per
cussi mox expirarunt. In sacra etiam mo
nachorum contione apud egyptum de
gentiuꝫ. vbi sicut patres nostri scripserũt
circiter quinq; milia sacellorum florebãt
penitentium. Quidam ex fratribus cum
centum solidis morienti cõmuni decre
to dictũ est. Pecunia tua tecuꝫ sit in per
ditione. quod quidam tremendum iudi
cium tradito sepulture Beatus Grego
rius vni ex suis monachis cum triboꝰ au
reis decedenti oĩno fieri iussit. quo etiaꝫ
iudicio Innocentius pon. max. fretus. si
cut in capitulo. cum ad monasterium. de
statu monachorum. exemplum est. decre
uit. q̃ si proprietas apud quẽq; in morte
fuerit inuenta. ipsa cum eo. in signũ eter
ne pditionis. extra monasteriũ in sterq̃li
nio iuberet subẽrari. Cesarioꝰ q̃z refert. cõ
uersũ quendã ordinis cistersiensis. cum e
vita discederet dominicum corpus sume
re nõ potuisse. qm̃ quinq; solidos apud
se tenens non fuerat confessus. Quidaꝫ
etiam monachus beatum Anthonũ in
retinenda proprietate recipere satagens
ab accipitribus. vulturibus. ⁊ alijs rapi
dis auibus totus est dilaniatus. Sz q̃d
alios commemoro. Diuus preceptor et
parens noster Aurelius Augustinus. q̃
seuerus improprietarios extiterit. ex sen
tentia in Januarium aperte dinoscit. de
quo ita in ꝑmone ad presbyteros ypoñ.
meminit. Male inquit Januarius vixit
⁊ male moritur. Quare vel quomodo male
vixit. quia quod suum non erat secrete
tenuit. Quomodo etiam male moritur. q̃
in fine se non cognouit. ⁊ obstinatoꝰ i suo
sensu nobis ignorantibus testamentum
fecit. ⁊ filium quem in seculo habebat. di
tauit. o vtinam saltem in fine hoc nob di
xisset. vt orantibus nobis veniaꝫ impetras
set. Hec eum fecisse penituit. propterea d
meis non est nec dum viueret erat. Li
gantes igitur manus cadaueris eius. po
nentes in pãno centum ⁊ vndecim siclos
quos in pariete cellule retinebat abscon
sos. ⁊ flentes super eum dicatis pecunia
tua tecum sit in perditione. Non enim li
cet eam nobis seruis dei collocare. vel po
nere in victu. vel vestitu. vel in opere mo
nasterij. quoniam precium damnationis
est. Rursus impossibilitas quam secũ
habet dispensandi. nos cogit ipsam pro
prietateꝫ abdicare. Sic enim maximi põ
tifices cõtra proprietarios regulares eo
dem capitulo. cum ad monasterium acer
rima extat sententia. Abdicatio proprie
tatis sicut ⁊ custodia castitatis adeo est
annexa regule monachali. vt contra eam
nec summus pontifex possit licentiam in
dulgere. Et quanq; in maximo pontifice
plenitudo inueniatur potestatis. sup pro
prietarijs. cum monachis dispensare po
test minime. Potest quidem monachum
de monasterio extrahere. ⁊ ipsum nõ mo
nachum facere. Potest causa legitima
subsistente ei tradere vxorem. tamẽ vt mo
nachus sit. ⁊ proprietarius. facere nõ po
test. nec mirum quia nulla virtute etiaꝫ si
infinita sit. alicui essentialia possunt au
ferri. Quis enim efficere potest. vt quis
piã hõ sit. ⁊ aial. seu rõnalis non sit. neq;
natura. neq; ifinita sũmi dei ptãs id valꝫ